

nostra nemo nostrum sit exors luxurie no  
stre. vbiq; relinquamus signa leticie. qm  
bec est pars nostra. et hec est sors nostra.  
**C**on vos ad emulationes puocent tam  
nefande carnalium sententie. suos toto im  
petu/totoq; malignitatis odore brutales  
psequantur affectus. nec psequantur mo  
do sed incitent et euocent. in spurcijs. in  
cubilibus. in impudicijis. breue hac trasi  
liant vitam. suas sibi diuitias habeant. su  
os mores. suas voluptate. Nempe quas  
eternas vellent diuirie abibunt. et ipse qui  
bus maxime astrici sunt voluptates fugi  
ent. Et quibus caruisse cuperent pueri mo  
res stabunt et comitabuntur inuitos. Lun  
cta hec que illos vulgo mirabiles oñdunt  
momento tempis evanescunt. sub ipia for  
midine viuūt. si illa peccat/mors non p  
cer. dicunt in bonis dies suos. sed expecta  
te paululum. ad inferna descedent. Quā  
obrem deuoti fideles pegrini. quos pcio  
sissimus agni immaculati regenerauit san  
guis. si peccata tanq; hospites pestiferos  
expulisti. si nō tñmō peccata sed affectus  
etiam ppositumq; peccandi qui vtq; sine  
peccato nō sunt bona fide deseruisti. si p  
sinceram fidem resurrectionis dominice  
principes effecti estis. si vñam spem. vos  
indubitanter resurrecturos expectatis. si  
postremo p charitatem et grām cū christo  
cōsurrexistis. que sursum sunt querite vbi  
christus est in dextera dei patris. Querite  
inq; in psc̄ti per bonorum operum et me  
ritorum abundantiam. ut comprehendaris  
in futuro p gloriam. quam nobis prestare  
dignetur. qui mortuus est et reuixit. domi  
nus noster Jesus christus. Amen.

**Finit.**

## Berimo in concilio

Remensi per prefatus Lancellarium pa  
riſien. factus anno dñi. Mccccviii.

**B**onus pastor animam su  
am dat pro quibus suis.  
Originalliter Bath. x.  
et recitatue in euangelio  
dominice currentis psc̄ti  
rialiter lecto. Animaduerte nunc o bo  
ne pastor. Reuerendissime pater sancte se  
dis huius Remēsi. antistes. Animaduerte  
tu qui animaz tuam habes pro quibus tu

is dare. non venalem habere. non preiudi  
cialiter retinere. Neua nunc in circuitu o  
culos tuos et vide. omnes isti congregati  
venerunt tibi. obedientes sunt. non sicut o  
ues errantes. sed conuersi sunt ad te pasto  
rem et episcopum. animarum suarum secū  
dum verba p̄imi pastoris petri in episto  
la eiusdem dominice currentis. Interroge  
tur qui et quales ip̄i sunt. Respondere co  
uenit eis ex sententia illud de Genesi. Pa  
stores ouium sumus. Conueniat et o rti  
nam illud alterum de euangelio cui libzeo  
rundem. Ego sum pastor bonus qualis a  
nimam suam dat pro ouibus suis. Pro il  
lis inq; ouibus que propheticum illud ca  
nunt deo. Nos autem populus tuus et o  
ues pascue tue. Directur igitur et affluat et  
dilatetur cor tuum. cum videas tu bonus  
pastor coadiutores tuos consolades du  
ces gregis tui. Ipsiq; rationales quos dā  
pascue tue hoc est prouintie tue Remēsi. a  
rieres. Quidni miretur in hac die et afflu  
at et dilatetur cor tuum cum pmiserit sum  
mus pastor noster dicens. Ubi fuerit duo  
vel tres congregati in nomine meo ibi in  
medio eorum sum. Grandis promissio vi  
ri patres et fratres et omni cōsolatione ple  
nissima. Hec nempe celeberrima congre  
gatio. Hec tua conuocatio sanctissima o  
bone pastor. nunquid non in nomine Je  
sus facta esse vere putanda est. Suranda est  
profecto. Sit enim ad extirpationem vici  
orum et virtutum plantationem. Sit ad e  
vulsionem scismatum et pulchritume pacis  
radicationem. Sit deniq; ad fortē custo  
diam gregis dominici. ne male dispersum  
ne vagabundum per deserta negligēt era  
piat. dissipet. perdat. deuoret ipsuz lupus  
ille vorat. infernal. quin potius visitat.  
crebro colligatur sub vnius ouilis tectum  
quod est fides christiana. Illicq; protectō  
ne solicita soueat. Acce ergo domin⁹ no  
ster Jesus christus in medio nostrum est  
viri patres et fratres. Intendite quē dico.  
dominus in medio nostrum est. quid aspi  
citis quid stupetis? Ita est credite non mi  
hi. sed pollicenti qui mentiri non potest.  
Ego inquit in medio eorum sum. Et quis  
ego qui loquitur? Domin⁹ fortis et potēs  
Ipse est pastor bonus qui animam suam  
dedit pro quibus suis. O certe pulera/o fe  
lix hec et deo grata societas. in cui⁹ medio  
dñs ille ē cui agl̄i suiūt. cui solitū familiant

## Ver. fact' in cōcilio remēsi

Nemo iam desperet nemo trepidet ex aspe  
ctu vel occursu tot luporum rapacium insidi  
antium quotidie gregi christi. confidat po  
tius vniuersitatem in verbo helisei. Plures p  
nobis sunt quod cum illis. Adest quippe de  
assunt et ministri eius milia millum et de  
cies centena milia. Qd si tales p nobis quod  
contra nos. Ades et tu pulcherrima non di  
cam pales quam pastor deam gentilitas  
fabulatur. sed summi veri pastoris mater  
virgo misericordie virgo benedicta. Ades  
plane nam ubi mater si non ubi filius in  
uenitur. Adimur ergo nūc te cum fiducia  
que thronus es gratiae. mater misericordie  
ut gratiam et misericordiam inueniamus  
in auxilio opportuno. qd ut assequamur p  
sentamus illud angelicum. Ave grā plēa  
dominus tecum tc.

**R** **Bonus pastor ani**  
mam suam dat p ouibus suis. fiat hoc fiat  
**C**ongratulo: tibi o bone pastor. cōgau  
deo et glorioz in domino. quonia videori  
dent et ceteri omnes hic p̄ntes studium tu  
um. zelum tuum quo ad imitationem veri  
pastoris queris p̄ hoc sacratissimum con  
cilium dare animam tuam p ouibus suis  
**E** qualem animam. Animam sane q̄ tri  
plici virtute predita est. Habet itaq̄ anima  
tua sicut et reliqua de humana specie vim  
triplicem. habet vim rationalem resp̄ciū ve  
ri. vim irascibilem respectu ardui. vim con  
cupisibilem respectu boni. Itaq̄ bonus  
pastor dat hanc totam animam p ouibus  
suis. **F**iat hoc igitur fiat. qz tempus faci  
endi domine loquitur p̄pheta ad dominū.  
Quare tempus faciedi: qz dissiparuerūt le  
gen tuam. Qualem legem? Legem euau  
gelicam naturalem et canonicam. Quibus  
modis? Innumeris et pessimis. Propte  
re conuenit nūnc ecclesia magna ecclesia  
totius huius. Acmeū. p̄uincie cogitare qd  
facerent. Et bene quid facerent. quia tem  
pus faciendi tempus ponendi manus ad  
opus et ad aratum. alioquin quid prode  
rit nouas veteribus supaddere sanctiones  
si non veteres fiant nec noue? Apponatur  
manus ori necesse est. hoc est opatio locu  
tioni. ne sit vot quidem roti iacob. manus  
autem manus sunt Esau. Euitetur impro  
perium qd vulgari puerlio melius sonat.  
dictum optimum eit. sed querite quis hoc  
agat. Illud insuper quod obiectum fuisse

Platonis Geneca refert. Ulter loqueris a  
liter viuis. Deniq̄ satis fuit mordax i pa  
stores responsio feminine cuiusdam deuote.  
Decredibat de sermone quodam cum tur  
ba multa. Interrogatur ab obvicio quodaz  
si sermo factus esset. nequaq̄ inquit. Por  
ro dum interrogans miraretur sueq̄ rever  
sionis cum hominum hac copia causaz re  
quireret ex quo nō erat sermo faci'. Sub  
intulit ipa Hermogenes dictus est sed nō  
factus. Dicunt enim et non faciunt.

## Fiat igitur ab uno

quoq̄ pastore quod p̄ponit dominus. det  
animam suam pro ouibus suis. Illaz ita  
q̄ animam que imago est beate trinitatis  
sim triplicem vim prenominatam. Reluc  
nimur in sua vi rationali. Sapientia  
seu veritas que appropriatur filio. Relu  
cet in vi irascibili. Potentia seu strenui  
tas que appropriatur patri. Reluet in co  
cupisibili. Benivolentia seu bonitas que  
appropriatur spiritui sancto. Banco bo  
ne pastor totam aiā nō vnicam sive vir  
tutis portiōem curaueris dare p ouibus  
tripli sedulitate pascendis. Nec enim  
estimo telatere quemamodū olim primo  
pastori. Petro ter interrogato terq̄ m̄den  
ti bonus pastor p̄pus ter subintulit dices  
Pasce oves meas. Pasce agnos meos. et  
rur. Si diligis me pasce oves meas. pa  
sce verbo. pasce exēplo. pasce subsidio. pa  
sce verbo predicationis docte. pasce exēplo  
cōversationis sancte. pasce subsidio chari  
tatis pie. Predicatio docta fundat in fide  
quo ad vim rōnalem. Conuersatio sancta  
roboratur in spe quo ad vim irascibilem.  
Subuētio pia cōsumat in charitate q̄ ad  
vim cōcupisibilē. Quisquis hoc mō pa  
uerit oves suas tripli pabulo salutari/ re  
rus imitator censendus est pastoris boni.  
implēs sūnam suā p̄prehēsaz in verbis the  
matis. Bon⁹ pastor aiāz suā dat p ouibus  
suis. Sic ei repellit ab ouibus suis rōabilis  
tres turmas caldeoz interficere q̄rēiū gre  
ges cū pueris. iuxta signaram in principio  
iob posita. Sic arcet sic reprimit tria lupo  
rū spūaliū genera sciuissia ab ouibus xp̄i. lu  
pū carnē. lupū mūdū. lupū diabolū. Fides  
appropriate reprimit mundum. Que est  
hec victoria que vincit mūdum? Fides no  
stra. Spes coeret et configit carnem dum  
agit et nostra cōuersatio sit in celis. nō cap

**S**nalis. Charitas demum fugat diabolum quia sola diuidit inter filios regni et perditionis. dei scz et diaboli. **C**his itaqz plocutis tam pro fundamento quasi solidodiceendorz qz ut posito ordine lucido. confusio fastidiosa et memorie inimica vitetur. **P**ergamus consequenter iuxta hanc tripliciter animae virtutem o beate pastor. et exequamur tres in hac nostra qualicunqz exhortatione partiones principales sub ternario considerationu in unoquoqz partitionis articulo. quatenus edificium nostrum tanqz triangulari triplicitate subnatum. fortiori stabilitate subsistat. **E**rit prima partio de pabulo doctre pdicationis. **E**rit scda de pabulo sancte conuersatiois. **F**tertia de pabulo pie subuentiois. factiat.

**E**xquentes igitur prime partitionis structuram collocem i ea primam considerationem que talis est. **C**hrista consideratio pascere oues pabulo pdicationis. dando animam quo ad vim rationalem pro eis. est officium de necessitate annetum pastorali dignitati. **D**ura p quibusdam sed verissima sententia proba. pspicuuz certe policiam ecclesiasticam a christo legislati resapientissimo pfecte constituta esse. qd pe ille est de quo moyses cecinit. Dei perfecta sunt opera. **S**ed ad huius institutionis perfectionem exigitur nutritio spiritualis p vita animarum conseruanda. quemadmodum in policia terrena necessarius est corporalis cibis. alioquin sine pabulo conuenienti sicut illa temporalis sic et illa spiritualis vita suo modo deficeret nec essz conmunitas per se sufficiens. **A**d hoc respicit dictum vetus a christo renouatum. No in solo pane viuit homo rc. Oportuit igitur ordinare ministraores aliquos pabuli huius spiritualis p rationalibus omnibus gregis christi ne perirent. qui hoc agere. et possent ex offici auctoritate et deberent ex superioris obligatione. **T**ales vero quales alios conuenientius accipimus qz prelatos. **V**os ideo pastores appellat crebro scriptura tam veteris qz noni testamenti. incepans eos qui no oues sed se pascunt. **U**nde nec puduit deum ad huius rusticanz humilitatis exemplum sese dejcere. **E**go sum pastor bonus rc. **D**inc Zacharias **L**abia sacerdotis custodiunt scientiam et

legem ex ore eius requirent. **N**opterea enim dedit deus ipis regiones gentium et labores populoz. vt custodiant iustificatiōes eius et legem eius exquirant. et sint parati iuxta quod vult. **N**etrus omni posceti reddere rationem de ea que in eis est fidei spe. **D**inc Paulus ad Thimo. et ad Tymoz alibi pluries vult epm doctorem esse. et potenter instruere in doctrina sana. et eos q contradicunt arguere. **H**oc officiu predicationis ita pretulit quasi dereliquis nulla sibi cura videretur. **V**nde et dixit. Non misit me dominus baptisare sed predicare. **C**onformis est ad hoc apostoloz responso dicentium. Non est equum nos relinqueremus verbum ministrare mensis. Quanto magis existimas hoc dixissent de alijs operibus minus sanctis. minus spiritualibus atqz pjs. **S**ed o mores o tempora. ludiibrium nunc apud quas fidam ex ore latiss vel probrosum aliquid artificium suaqz u dignum dignitate predicatione vel publica ad populum exhortatio iudicatur. Est inquietum hoc officium vel mendicantū vel pauperum theologoz. **A**deonibz sapit qz dei sunt animalis homo. adeo qui de terra est nihil nisi de terra loqui potest. **S**ed dicunt predicamus gregi nostro per substitutos. predicamus per tales qui se libenter ad hoc opus ingerunt. et hoc nonne sat est? **N**onne multiplicatio fit sermonuz tanta q in nauicam transit audientium? **A**gimus utiqz alia grandia et ardua dum iurisdictionem nostram. dum temporalitatem vigilanter protegimus. spiritualia enim sine temporalibus diu esse non pnt.

**C**ed respondeant velim primo qd decentius atqz salubrius. aut q accessorium prelatus p seipm exerceat. et principale p substitutos. vel econtra. **S**i enim illud oportuit facere scilicet predicare et aliud non omittere scz iurisdictionem defendere. sit executor principaliz ipse qui principalis est habendus. quia eti pdicatio possit p substitutum fieri quanto magis id qd minus est. temporalium defensio. **A**duertat pinde qz pauci sunt sermones in tam multis. multis inqz numero sed perfectionis lauderarissimis. **Q**uare? Quia adulteraverbum dei atqz corrumperit. dum vel qstus existimat pietas. vel dum misceretur ma la semia vel iutilia steriliaqz narratōnū fruviolaz zizania susseminantur. Ita pfecto

obiectio

Ratio

## Ber. fact' in cōcilio remēst

curavigilantior apud quosdā ex platis ha-  
bentur in eligēdis mercenariis p cultura a/  
gros suorū q̄s habeant in electione bonoꝝ  
predicatoꝝ pro cultura spirituali animarū.  
**D**eniqꝫ quia solam temporalium defensi-  
onem vel administrationem attendunt/ nil  
mirandum. si consequenter censeant p̄cu-  
ratores et aduocatos vel prudentes aliꝝ  
de seculo in caueulis et traditionibus hūa-  
nis p̄ferendos esse viris quantumlibet in  
sacra doctrina et spirituali conuersatiōe pol-  
lentibus. Nam finē prestitutionē finis/de  
conferentibus ad finem iudicamus. **A**d  
damus ad priora q̄ officio cui libet hierar-  
chico tantum annexa est predicationis ob-  
ligatio/ quā int̄um plus vel minus approxi-  
mauerit apostolice dignitati. quemadmo-  
dum sunt archipresbyteratus cure parro-  
chiales. archidiaconatus. decanatus et si-  
miles. **U**nde spectat ad curatos cognosce  
resummatum et in quodam generali prece-  
pta legis cum quadam explanatione gros-  
sa articulos similiter fidei nostre. traditio-  
nem quoqꝫ sacramentoꝝ. distinctiōem  
peccatoꝝ. ac eorum que sunt reseruata a nō  
reseruatis. institutiones festorum et siqua  
sunt similia. **P**ertinet autem ultra hec ad  
prelatos scire rationem subtiliter ac parti-  
culariter reddere aduersus hereticos. p̄ter-  
nos/ de predictis. Deniqꝫ cum beneficiis  
detur propter officium (officium inquam  
non tantum in horis dicendum. sed tantū  
dem vel amplius in concernentibus de p-  
pinquo vitam et pasturam gregis domini  
c.) **D**ijudicent apud se hi qui pdicationis  
officium sibi maxime debitum/ vel nesci-  
unt vel omittunt/ vel deteriori sacrilegio sp-  
nunt et irrident. **D**ijudicent oro si benefi-  
cium tale rite iusteꝝ recipiunt aut retinēt  
non minus q̄ si negligenter ecclesiasticis  
in horis dicendis officium. **D**ijudicēt an  
fructus beneficioꝝ/ suos satiant et similia  
qualia non est meum nunc diffinire. q̄uis  
emula curiositas vobemēter exposceret dif-  
ficillum in hacre iudicium. sed abeat a/  
lior sum in toto hoc nostre exhortatiōis et  
cursu. et quod fieri debere/ monstratum est  
fiat fiat.

## v Secunda cōsidera- tio **P**ascere oues pabulo pdicationis/ dando animam rationalem p eis/ sicut est officiū magnedignitatis ac pietatis sic grā-

dis in eo difficultas inuenitur. **S**i pie-  
tas iuxta apostolicam vocem valer ad om-  
nia. que maior altera/ que dignior pietas/  
excogitari possit. q̄s que liberat animam a  
morte perpetua. que protegit eam ne lupis  
infernalibus pateat in deuorationem. que  
tandem dicit et perducit ubi ingredietur/  
et egreditur/ et pascua inueniet. **H**uic offi-  
cio que vel qualis altera misericors largi-  
tio valebit equari? **S**i magnum est pasce-  
re carnem protinus morituram vt interim  
vivat. animam in eternum victuram q̄ p-  
ciosum est pascere ne pereat. **D**ura est nu-  
mis illa. p̄phere lamentatio. **P**aruuli petie-  
runt panem et non erat qui frangeret eis.  
si ad carnem referas. sed durior in immen-  
sum si de spiritu sermo fiat. **A**ccipite quo/  
modo concluserit Jacobus epistolam su-  
am. **F**ratres inquit si quis ex vobis errau-  
rita veritate et conuertat quis euz. scire de-  
bet quoniam qui conuerti fecerit peccato-  
rem ab errore vie sue. saluabit animā eius  
a morte et operit multitudinem peccatoꝝ.  
**P**orro difficultatem cure pastoralis pa-  
tres sancti. Grego. in suo pastorali et ubri  
festo. in alio. similiter pastorali suo ad basi-  
lium diligenter aperuerunt. assignantes p-  
cipuam difficultatis rationem et predica-  
tione verbi dei. **L**anta quippe in oībus  
pascendis pabulo predicationis varietas  
et velut contrarietas accidit. vt quod vna  
nutrit/ maceret alteram aut mactet. pascen-  
tes vario multum diversa palato. **A** culpa  
uerit aliquis auaros. prodig⁹ inde sumet  
argumēta sue profusionis inique. **L** culpa  
uerit prodigos/ auarus inde tenacior sor-  
didioris efficietur. **S**ic est inuenire in om-  
ni viciōrum extremitate. nisi cauitissima so-  
licitudine sic arguat vnum vicium/ q̄ alte-  
rum similiter inculpetur. **H**oc autem sem-  
per et solerter agere per gladium verbi dei  
secantem a dextris/ et a sinistris. vt mediis  
virtuosi itineris liberum pateat. ad ince-  
dendum viam regiam mandatoꝝ dei. tam  
arduum puto. predicatorēm quoqꝫ tā pri-  
udentem et vigilem exigere sensu. vt vix pos-  
sit vnu ex milibus inueniri. **E**ddē q̄  
auditorum quidam hebetes sunt. quibus  
pene nihil potest/ quantacumqꝫ prolifi-  
tas decies repetita inculcare. **A**lii preuo/  
lāt īgenio. cōfestimqꝫ fit apud eos oīs mo-  
rositas onerosa. **Q**uā paucissimos ilup vi-  
debis auditores. q̄i fideliter et diligenter

# Dominica secunda post pascha 42

attendant ea que dicuntur, qui non ea que audierint sed que audiuntur putantur trahant ad sua desideria sondua potiusq; eradicanda seu moderanda. **V**eritatem eis verbum dei in proverbiis et fabula, trahit q; illud ad omnem partem contradictionis sic ut de sono campanarum agunt pueri. **S**i cut etiam in fabulis de lupo syllabicante narratur, qui audiens patet et ter, coniunctus est his agnus. **Q**uare: quia sic in imagine sua versabatur. **T**ales denique ea que male intellexerint peius interpretantur, et pessime deserunt ad ceteros inuidia vel stultitia stimulati gerunt similitudinem crebri, vel colatorum lacrimarum, effluit ab eis quicquid purum suscepant. **P**urgamenta solari festu ce sordes et paleae retinetur. **E**xigit ergo ad officium predicationis ingenium velox solers atque versatile velut in non prospetto tempore, a dextris a sinistris anteretro sursum et deorsum. **E**xigit eloquentia torrens et vehemens, suadibilis et suavis copiosa, ne adhuc ligua palato et arescat. **N**ec minus temperata esse conuenit nemis effluat semen generativum filiorum dei, et sor descens inutile fiat ad generationem. **E**xigitur cognitio scripturarum sacrarum cum certis omnibus que ad mores spectat. **I**nde est illa dum pastor consecrat interrogatio scis utrumque testamentum. Quoz aliqui qua conscientia respondeant, scio, ipsi viderint. **E**xigit multiplex experientia actuorum humanorum et conditionis annotatione eorum quod docendi sunt. **E**xigitur exemplaris vita et conversatio irreprehensibilis in medio nationis praeue, aliena ab omni criminie, persimilis ab avaricia et luxuria, que maxime sunt contraria fame, alioquin plus destruit exemplo quam edificet verbo. **V**er operum fortius sonat quam verborum. **E**xigit denique gustatio spiritus per contemplationem, alioquin certos accendere ad eterno, desideria qua fronte presumperit, si frigidus in se totus et algidus remanserit. **V**ide nuncsi officium predicationis existimaueris leue/pessimus omnibus imponendum. **N**ihilominus ipsum quod tante pietatis et difficultatis ostensum est fiat fiat.

## Consideratio .III.

**P**ascere oves autoritative pabulo predicationis dando animam rationalem pro eis: est officium quod nulli fas est exercere

nisi missio, nec mitti quispiam debet nisi sit idoneus et probatus. **P**rimam partem breuibus verbis absolvit apostolus. **Q**uo modo inquit predicabunt nisi mittant? **C**onsideretur enim penitus ecclesiastica bierachia, si cui libet indifferenter autoritatum predicatoris officium lataret. **P**atuit in turelepinis et alijs idiotis quos hec audacia fecellit et in varios traduxit errores. **A**utoritatum vigilanter diximus, quia fratrem correctorem secretam scilicet aut amicabilem, que edificare non scandalisare presumit, lex christiana cuius finis est charitas coedit omnibus, dum ait, si peccauerit in te frater tuus, recte. **H**icenam dicit sapiens mandasse deum cui libet de proximo suo. **E**nim humanum putabat comicus senex a se alienum. Nullus enim peccat, quin non ceat inuidos, tanquam si membrum corporis vel pars exercit spiritualis depereat. **S**it autem missio ad predicandum solenniter, vel per deum immediate, que tam probari debet apud recipientes vel per miraculum vel per prophetiam vel aliud sufficiens tale signum. Aut sit per deum medianus superiorum autoritatem, quibus impositus huius auctoritatis vinculum sit, sit rursus nonnullus missio talis ex ipsa necessitate legge, quando non aliter posset fidei seu moralis veritas in uiolata seruari. **U**bi verum est ille? **P**asce famem orientem si non pauisti occidisti. **P**orro nullum debere mitti qui non fuerit idoneus et probatus docet artes certe, quae exercere non presumit ignorans ipsarum. **H**icenam ex oratio sumpsit hieronimus. **Q**uod medicorum est, permittit medici tractant fabrilia fabri. **R**emovent apostolus ab officio predicationis mulieres. **M**ulierem inquit docere non permitto. Inuestigemus rationem et inueniem multos et viris prohibitos. **S**pectat nimis ad pastoralem doctorem constantiam, spectat prudentia, spectat pudicicia, virtutem in eo facultas veritas et bonitas. **C**onstantia dat ne succumbat aduersus, ne cedat concubitis vel iniuriis, ne rumoribus falsis et indignis, vel infletur ad gloriam, vel contabescat ad ignominiam. **N**eque enim gladiatori (sicut dicit Chrysostomus) plus habere debet animam in manibus, hoc est eam ultra morti dare, quam predicatorum. **A**tuero quis ne sciat mulierem imbecilllem esse, fragilem, inconstantem, sic pueri vel adolescentes.

# Berino factus in concilio remensi

pueros discovet etate vel moribus. sic omnes querentes que sua sunt non que iesu Christi. **L**edunt namque ad primam iniurie vel contumelie personalis seu iacture temporalis suspitiones tanquam arundines vento madani timoris agitate. **P**udentia dat pastori ali doctori. ut nec fallere velit nec falli leuiter possit. **S**ed audi quid de iudicio mulierum dicit arestoti. quoniam instabile est et inualidum. sic apud comicum dicuntur mulieres prope sicut pueri leni sententia. Quod viderat egregius poeta dicens. **V**arium et mutabile semper femina. Quot autem inueniuntur inter viros quorum iudicia circa agibilia et credibilia vel nullum est vel obscurum timidum et incertum vel erroneum. quia nec ipsos erudiuit lexi dei. nec regularis bene vivendi disciplina perdo cuit. **S**olidum idcirco nequeunt alii circa scrupulosas questiones suas dare consilium. tanquam interrogatio fiat eis de ignorantia nec expressis. **C**ontinenria denique dat pastorali doctori. nec in se lubricitatem admittat. nec ad illam auditores alliciat. At vero mulieris vox facies gestus quae si tene sulphuribus illite audientes et spectantes adurunt faciliter. et in prauam de sideriorum carnaliumflammam accendunt. **S**ic virorum aliqui muliebriter fracti sine nervis discipline plus eloquio et gestibus effluntur in lasciviam. ipsamque provocant nutririunt et augent quam extinguant. **F**estinabam in ipsa meditatione mea pregere post hanc triplicem prime partitionis considerationem ad aggressum secunde partitionis locuturus de pabulo sancte conuersationis. tum ecce visa est astitisse industriosa sedulitas affirmans non satis esse si deductantur in mediis defecuis existentes circa pabulum dominici gregis. nisi pariter inuenientur prouisiones. et hoc tanto efficacius quanto particularius. **U**niversalia enim parum sed singularia multum docent. At ego dum has prouisiones ab eadem industriosa sedulitate praquirerem (cito enim secum sensi) enumerauit plurimas hic et in posterioribus. quarum paucas ante conspectum conuocationis huius celeriter rememorari iussit. reperiens crebro. fit fiat.

## Prima prouisio

*Fiat in primis iuxta premissa executio de*

cretalis illius que in omni metropolitana ecclesia scholam theologie constituit. **N**ec videtur schola mendicantium satis esse. **E**xpediret amplius ut hec in instituto cuius quatione sicut et alias dominis iuristis in quo exiendere ad ecclesiastica cathedralia et alias collegiaras notabiles. sic quae una probanda esset ad officium hoc salutiferum specialiter irreuocabiliter applicata. **Q**uem admodum dominus noster Benedictus procurate preceptore meo inclito domino Lamareci. constituerat. sed nescio quo pacto tam sanctum opus e mediis ut dicitur manibus elapsum est. **C**oncedebarunt ut legentes et studentes periperent certis diebus et horis distributioes quotidianas. hac ratione qua intendentes tempalibus ecclesie comodis sine ullo contradictione recipiunt. **E**xpediret insuper ut monasteria notabilia non carerent viris docentibus suis religiosos etiam ab adolescentia meditari in lege domini die ac nocte. **A**lioquin postmodum in ipso ocio suo quod contemplationi deditum esse conuenit qualiter exercetur ad diuinam. **T**enenda denique est decretalis prohibens ipsos audire leges vel physicam. artes scilicet practicis negotiis accommodatas. Nam apud eos que scientia magis quam theologia deberet vel doceri vel cognosci.

## Secunda prouisio.

**C**riat amplius apud ipsos qui se predicationibus exponunt examinatio prius circa generalia nostre fidei. et circa precepta et mores. ut cognoscatur si talia predicare noverint. et ad ea principaliter predicta. seclusis fabulis animalibus et ludicris compellatur. **A**rceatur insuper tam generalis licentia apud quosdam religiosos quam protinus ut aliquis sciuerit duo verba propter volubilitatem lingue in throno sancte in cathedra predicandi. **I**nstruatur et denique non detrahere superioribus absentibus in subditorum presentia. Nam hoc agere quid proficit nisi ad subuersione auditorum. apud quos inde nutritur rebellio murmur. odium. impatientia. contumacia. protervia. et detractio libido. cuius signum est quia extollunt sed detractores huiusmodi. quasi soli sint qui veritatem audiunt palam dicere. **D**oceatur populus contra obedire prepositis suis etiam di-

scholis ostendendo. q̄ dominus regnare facit malos et ypocritas propter peccata populis in eorum graue penam. Sic ha beat predictor: lingua et linguam. Lin guam pro subditis et linguam pro domi nis et prelatis.

**Tertia prouisio.**

Fiat rursus prouisio sufficiens curis pa rochialib: ut sibi possint de pabulo pre dicationis prouidere. sicut institutio pri or habuerat: qui apud multos adhuc ob seruatur. vbi mendicantes nō abundant. Sic etiā in qualibet parochia cura speci alis iuxta sacros canones de instructōne puulorū p̄sertim in morū disciplina fm̄ primiūa nostre religionis rndimēta Ec clesie siquidē reformatio (sicut quidā git) debet inchoari a parvulis. quoniā ei de formatione venit ab eis p̄zane et neq̄ter insti tutis. Quamobrē fiat sicut praeactū est p uisio sufficiens aliqua pro magistris. fiat pro predicatoribus idoneis. si sunt secula res de prebēndis. si mendicantes aliun de per prelatos et curatos. quaten⁹ ad pie tatem magis q̄ ad questū suam valeat at tentōez ordinare. Iraq̄ si procuratorib: iby si aduocatis si alijs practicantibus assū gnātur sedulo pensiones certe et magne q̄ uis aliunde lucrent/ qualiter nō absurdū erit/ nō magis hoc fieri pro laboratibus gratis ad spiritalem onūm dominicarū nutritōem. dum exercent officiū quod de necessitate monstraūm⁹ annexū esse pa storali dignitatē. Sed im properādo dicunt nōnulli prelatorū. Cur inquiunt vos theologi maxime doctorati/ non pre dicatis? cur statis in studio vel in camere tota die ociosi? Cur talentū scītēc vobis collatū retinetis? Accipiant sic loquētes veram hanc p̄o multis responsionē. He mo nos condūxit. neq̄ licentia magistra lis in theologia dat obligatōem predicā di. sed ostendit idoneitatem/ quam exerce re non tenetur nisi velint vel aliunde mit tantur cū mercede sua. Addito q̄ plus so licitudinis et temporis apponet aliquis predictor verbi dei in uno sermone rite componēdo/ retinendo et pronūciando? q̄ aduocatus unus p̄ multos dies patro cinando. Cur ergo sua mercede cariturus est recipienda ab illo cuius debitu exerceit officiū et non solū a populo? Hoc igitur

fiat fiat Quod audacius introdūti. quia me sentio ab omni specie questus alienū. cum satis iam habeā dei dono de bonis ecclie et ponā sine sumptu alieno euāgeliū

**Quarta prouisio.**

Fiat postremo quo ad hoc publicatio q̄ rundā tractatorū composito rūvel com ponēdo. vel qui iam forte cōpilati sunt in quibus generalis tenor nostre fidei et preceptorū et sacramentorū cum similib⁹ contineātur. quatinus in eis sacerdotes et curati simpliciores/ legere possint et istrui quid ipsi scire/ quid alios docere debeant docere inq̄ etiam p̄ scripturā talem si nō aliter cognoverint. Compelli quoq̄ poterunt/ talia suis expensis exēplaria sibi comparare. que thadmodū fit de statutis humanis synodalibus/ p̄o cura tempali um/ et hoc nō forsitan aliunde caritas abundans prelatorū/ indigentie paupiorū subuenire voluerit. Hic inseri portuisset de lectionib⁹ sacris legendis ad mēsam ecclasticoū et p̄esertim prelatorū. Item de cohibendis uestitorib⁹ istis/ latanti bus linguis suas ad falsitates et ineptias. Sed hec interim sufficiat de p̄uisionib⁹ circa primā partitionē. et suas cōsiderationes ita cōmemoratas.

**Secunda partitio**

**H** principalis. Videlis prestatissimi viri patres et fratres quēadmodū dixim⁹ aliquā de pascendis ouibus pabulo predicationis doce. dando animā propriā fm̄ portionē vel vim rationalem p̄ eis. Nec suz ne scius q̄ multo plura et altiora dici potuerant. sed supplebit imperfectū meū/ ditissima uestre sapientie magnitudo. Nunc p̄ usq̄ cōuerta oratio ad alii modū pascēdi oues fm̄ portionē irascibilem attimez hoc exemplo sancte cōuersatiōis. dicatur id quod obtigit mibi in ipsa meditatiōne mea/ dum circa hoc eloquiti recogitarem/ duce vel comite idūstria sedūlitate. Cur cū uoluebam oculos mee consideratiōnis p̄ oīilia varia/ ecclesie militantis. Illic asperi viros pastores habitates in casulis et portatilib⁹ tabernaculis. scītēs hic se nō habere ciuitatē manentē sed debere futurā inquirere. Illic similiter vise sunt oues rationales gregis p̄pi/ signate oēs

# Berino factus in concilio reinensi

signo thau desanguine agni. **S**ed heu pīcula. heu seductores. heu mille nocēdi artes. mille mouēdi discrimina. q̄libz ouis suos patitur hostes. suas insidias. sua certamina. **D**ane repres spine sentesq; dilacerant. hanc estus viens. hanc bruma rigēs discrasiant. hec infixa est in limo pfundi. hec et altis rupibus preceps ruit. adheret huic veterna scabies. alteri contagiosa soeceras moribū affricat. sicq; fascinatio morbidarum transit in teneriores agniculos. **D**eniq; quid ouibus miseris erit tutum. quādo iuxta pueriū grecū Lupi fungunt officio pastorū. **N**el certe pastores versi sunt in lupos qui nō parcūt ouib;. **A**n non lup⁹ tyrann⁹ rapax qui lanāt lac ouū immo carnes et ossa p violentā exactionē surripit cassat et opprimit. **A**n nō lupus/tyrannus fallat qui lanāt lac ouū carnes et ossa p astutia procurationū et aduocationum surripit cassat et dehicit. **A**n nō demū lupus/tyrannus vorax qui lanam et lac ouū carnes et ossa per gulāt luxuriā surripit cassat et inficit. **E**t ubi iā obsecro tales lupos rapaces fallaces et voraces nō poteris inuenire. qui rapiūt qui fallunt qui deuorāt. Rapūt cauillando fallunt litigādo. deuorāt luxuriando. **A**udiamus ex ezechiele veterē summi pastoris querimoniā. **L**ac comedebatis. et lanis operiebamī. quod crassuz erat occidebatis. gregē at meū nō pascebatis. qd infirmū fuit nō consolidastis. et qd egrotuz erat nō sanastis. quod cōfractū est nō alligastis. et qd abiectū est nō reducistis et qd pericerat non q̄sistis. sed cū austерitate impabatis eis. et cū potētia. et reliqua in hāc sententiā. **J**urta que/p cōplemento nostrae huius secūde partitiōis induco tres cōsideratōes cū duodecim pūsionib; q̄s industriosa sedulitas recensuit.

## 2 **C**onsidera. prima

Bonus pastor nequit animā dare p ouibus fm vim irascibile. nisi prius studierit ejcere tyrannidē rapacē que est lupus avaricie. Instituēs itaq; paulus vez pastore docuit hospitalē esse debere et nō turpis lucri cupidū. **S**ed quō daret hospiti bus sua qui tollere satagit aliena quicq; raptoribus alienis nō obsistit. **V**ideat ergo quid admonet hoc loco industriosa sedulitas. **P**rima pūsio. **F**iat inquit refor-

matio hospitaliū. hoc est enim de cura pistoris. fiat hec reformatio tā in tpali q̄s in spūali regimine. ne illī cura pauperū negligatur. presertim ad salutē animarū suarū in paciētia et penitētia cōgruis. et in sacra mentoz suscep̄tōe. qualis fruct⁹ est in hospitaliū fundatōe principaliter intentus. **E**xpedire quoq; sic fieri in quolibet hospitali qualit obseruaſ parisiū. uniformiter satis ad decretalē de aduocādis prius medicis animarū q̄s corporū. **I**llīc p̄festim vitalijs egrotus querit introduci. pus in tra ianuā confitetur et absolvitur. **E**rit in sup prouidendū apud professos et professas in hmōi religionib; sicut etiā fieri cōsuevit in alijs omnibus quatin⁹ triavota sua custodian. obedientie. paupertat. et castitatis. **N**ā inueniūtur ibi appropriatōnes manifeste sicut apud seculares s; eos exterrere debuerat mors **A**naniae et saphire. **Q**uid insup sibi volūt tot discursiōes eoz p domos seculariū. **L**et o vtū nulla sint monasteria mulierū q̄ facia sunt prostibula meretricū et phibeat adhuc deteriora de. **S**ecūda pūsio. **F**iat ampli⁹ pūsio cōtra tyrannides varias et oppresōnes miserabiles et indignas pauperis populi. marime eius qui subditus est ecclēsij. et hoc per predones domesticos. et familiares inimicos sub rimbra seculariū dominorū. **H**as oppressiones videre facilius est in rebus q̄z exponere sermonibus. **O** si mouent pastores ex atrocitate rerū prouidere. qualis erit sermo meus. q̄ iacentes eos et torpentes valeat excitare. **M**oueat eos recogitata et lecta cōstās au toritas ambrosij. et cui succedūt in simili dignitate succedāt in pari cōstantie stabilis inflexibilitate. **V**ideat pastores ne odiosi mores sui ferentes corā deo et homib; dent hanc causam grauaminiis pauperis sui gregis. **T**ertia prouisio. **F**iat vltior prouisio ne pauperib; sinā bona auferant vel detineant. **H**ec sunt ea bona que viris ecclēsiae sticis supersunt. ultra simplicē virtū et vestīcū iuxta decentiam sui status in ecclēsie republicā. **N**otissima est hoc loco sed durissima. **B**ernardi atq; hyeronimi sententia. qui retensōe hmōi vel luxuriosam pūsionē nō dubitauerit sacrilegiū immo om̄i sacrilegio et depredationē damnabiliorē appellare. **V**ideat ecclāstici. ne forte ob hoc iusto dei iudicio

# Dominica secunda post pascha 43

proueniāt rapine eius et cōculatiōes in /  
digne et iurisdictionū suarū usurpatōnes:  
quia quandoq; qd non habet xp̄s / collit  
fiscus. et quod subtrahit egeno / rapit p̄do  
**Hoc** enī est et ceteris prouerbij sententia. q̄  
abdicta vulpium / sunt rapine luporū. vt  
qui predatus fuerit / predef et ipse. **C**hic  
insup prouidendū erit de celeti testamen-  
torū cōplemento / non impedimento per  
eos qui accelerare debuerāt. ecclesiasticos  
curiales loquor per quos abusus incredi-  
biles fieri memorātur. ita vt nec fidelis i-  
ueniatur in testamento huius vel illius.

**Q**uartā prouisio. Fiat demū prouisio  
circa ecclēsias versas in dissipatōem. qua-  
rum p̄mitus extitit magnifica fundatio.  
quatinus in eis seruitores assignētur iux-  
ta facultatē redditū. vel cum alijs synan-  
tūr. aut ex toto cassentur ne sint huiusmo-  
di beneficia depauperata / plus in scanda-  
lum et opprobriū q̄ in dei laudē et populi  
edificatiōz. sicut in prioratibus nōnullis  
experimur. **D**is itaq; subuenire fundato-  
ribus antiquis sancti esset atq; salubri  
q̄ fundare nouas ecclēsiolas / volendo si-  
bi facere nomen. **S**upra modū conue-  
nit occurrere tante tā q̄ fedez abiecte pau-  
pertati immo mendicatati curatorū in lo-  
cis plurimis / qui tamē positi sunt in or-  
dine essentiali et ierarchico ecclesie militā-  
tis / tanq; minores prelati. et discipulo-  
rum successores / quibus tamen / nulla ob-  
egestatem suā. reuerentiavel obediētia da-  
tura subiectis ouibus qr nec inueniūtur  
viri sufficiētes qui talibus parochijs sic  
in egestatē versis / velint personaliter de-  
seruire. **Q**uid q̄ addūtur eis frequenter a  
pastoribus crassis vel officiarijs suis ip̄s  
volentibus onera onerib; citatiōes anga-  
rie talliatōnes. itavt liberior sit iam laico  
rum q̄ ecclēsiasticorū talium cōditio. nec  
iam vt populus sic sacerdos. sed liberior  
et honestior populus q̄ sacerdos. **O** si ta-  
les deseruientes parochijs sint tantūmo  
do vicarij religiosoz / vel canonicorū / p  
proprios curatos substituti / cogātur ipſi  
principales de sufficienti vite sustentatō  
ne prouisionē assignare. ne alijs in penu-  
ria laborantibus / ipsi in ocio totum dī-  
piant. fiat hoc fiat.

a **Conſideratio .II.**  
**C**onus pastor nequit animā suam da-

re pro ouibus suis fm vim irascibilem si  
retinet vel in sevel in suis tyrannidē dece  
ptricem que est lupus fallacie **J**ubet'apo-  
stolus. **E**piscop' qui pastor est / sit domui  
sne bene prepositus. **A**lliter enī sicut idez  
arguit qua ratōne diligentia habebit ec-  
clesie dei qui regere propriā nescit domūz  
**D**omus autē prelati / curia est habens mi-  
nistros familiares et officiarios pro reddē  
do vnicuiq; bona et simplici fide quod su-  
um est / nō ad spoliatōem sed correctōem  
non ad corruptōem sed edificatiōem. nō  
ad multiplicadū lites sup lites. sed ad cō-  
pendiosum pacis stabilimentum. **H**ic autem  
charitas incipit a se. sic et reforma-  
tio debet inchoari. primo fiat iudiciū a  
domo prelati. sicut fit i yniuerso a domo  
dei. ne preterea contingat obīci prelati.  
medice cura te ipsum. **E**t illud apli. Qui  
predicas non furandū furaris. immo sa-  
crilegium facis. **P**rima prouisio. **Q**uo circa suadet idustriosa sedulitas vt  
fiat efficax nō verbalis p̄uisio contra astu-  
tissimam illā / immo sepe apertā tyranni-  
dem promotorū et procuratorū in anga-  
riis et cirationib;. que om̄ia cum iniustis  
sime cōperti fuerint p̄misisse. gratis absce-  
dunt a querela. nec iam gratis quia recipi-  
unt expensas ab innocentib; absoluti. de  
q̄ calumnijs ḡuerissimis. de diffamatio-  
nibus preterea crudelissime impositis ip-  
si mercedem que eis male vertat recipiūt.  
**L**estle droyt de la porte bandet. **A**st hoc p̄  
cor equitas. Nonne claudicat hec dis-  
ceptatio? **E**sset nonne iustius vt huiusmo-  
di procuratores perciperent stipendia la-  
boris sui a dominis suis vel prelatis qui  
deberent subditis dare iusticiam q̄ ab in-  
nocētibus sic vexatis? **V**e qui condūt le-  
ges iniustias ait dñs per Isayam. et scribē-  
tes iniusticiā scripserunt vt oppimerent  
in iudicio pauperes et vim facerent cause  
humiliū populi mei. vt essent vidue p̄-  
da eorum et pupilos diriperent. **N**oretur  
hic iuramentū quale debitū est prestari p̄  
aduocatos. per promotores p̄ notarios/  
per procuratores. presertim vt nihil agat  
vel foueant quod iniustū esse vel credide-  
rint ab initio vel postmodū compererint  
**S**ecunda prouisio. **F**iat insup ab-  
breuiatio tam dispēdiosaz litium. mode-  
ratō tot excōmunicatōnum tam a iure q̄  
ab homine fulminataz. **E**t hoc nonnūc  
BB 3

# Berino factus in concilio remensi

pro defendenda seu recuperanda re modica parum utilvel prophana/cum tamen baculus iste primitus fuerit institutus a christo tanqs durissimū sumimūqs suppli cium quo nolentes ecclesia audire plecti deberet. Qe si eccliam nō andicerit inquit christus sit tibi ethnicus et publicanus. Huc apud quosdam talis regnat stalidis/tae/qualis apud illū qui vt musca abige ret a fratre proximi ictu securis excerebrauit eum. Itaqs temporalis incōmoditas vir repurari debet musca pungēt: per respectum ad eternam salutem/quam auferunt aliquādo percussionses iste per excō municatiōnes grauissimas que vt in ali quem ceciderint virabūci possunt/trahētibus de vna in aliā lupis curie rapacibz.

**B** **T**ertia prouisio. Fiat amplius obseruatio decretalii prohibentiu ne detur aliquid om̄ino in spiritualiū administratōne aut saleam adhibeat moderatio tam in collationibz ordinum qs beneficiorū/ in approbatōibus sacerdotum officia/ re debentium. In sigillatōibus quoqs et multis similibus plus ad questum sicut dicunt aliqui qs ad spiritalem prosectorum supimpositis. Exequātur saltem ista tal modo qs ab om̄i specie mala symoniaci scandali semet abstineant. Quarta prouisio. Fiat ulterius correctio subditorum fm qualitatē delictorum et plus ad emendationē suam et timorē aliorum/qs ad pecuniarū exactiōem. que gregem sim plicem scandalisat frequenti<sup>m</sup> qs edificat. Qe si delicti qualitas exigat imponere penam pecuniariam exponatur illa in pios usus manifeste. ne plus ad auariciā pastorum qs subditorū correccōnem exacta videatur. Addimus hic incidēter de iuram̄is terribiliū exactis p officiales. et a curialibus officiatos. dū examinat aliquę criminōsum sup dicenda veritate. quibz tamē iuram̄is deferre nolunt seu crede re. qualia etiā violatum iri fore probabilis qs oppositū suspicant. Hic nonnella queus est manifeste ac crudelissime perditōis animarū. Cum insuper dicat apostolus. qs omnis controuersie finis est iuramentum.

## Consideratio .III.

Bonus pastor nescit animā suam da re pro ouibz suis. si in se vel in suis/tyrā

nidem voracem nutrit que est lupus. gu le atqs luxurie. Hobriū quidem nec multo vino deditum. nec preterea bigamū iubet apostolus episcopum institui. prohibens ex consequenti crapulosas comeditiones. potus ad equalia. meretricatiōes sordidas/dare symbola. frequētare tabernas quasi non eis domus sint ad comedendū. aut velut histriōnū more nullibz peius habeat qs in domo. Et que illic detractōnes bone deus. quales gonliardie. quanta in ritam hominū bene vincentū et sobriorū derisio. qui risus lusus et gestū indecori vsqs ad scaudalum vilissimorū mancipiorū vel muliercularū sibi ministrantū. scunt qui viderūt. **P**rima prouisio. Dua in te consulit industriosā. sed dulitas vt fiat prio restrictio frugalis tan te varietatis et multiplicitatis fercularū sumptuosissimorū in eadē mensa vsqs ad nauseam. et prodigam vestitū earum rerum ex quibus multi ventres pauperū pasci possent. Sileamus hic de egritudinibus inde nascentibus. de hebetudine mentis. de subuersione rationis. de occaisonē pacitatis. de temporis quod preciosissimū est consumptione. Consideret iniquitas illa qualis quantaqs est apd ecclasiasticos viuentes et laboribus et oblatōibus pauperēt. Qui ita luxuriantur quasi gratis obvenerint sibi. quasi preterea ad nihil aliud natū fuerint. diligent<sup>m</sup> quoqs pascuntur apud eos et carius aliquādo canes qs pauperes. Nec ista diuinare laudetur in prelatis psonis ecclesiasticis sordida tenacitas/honestati hospitalitatis contraria. sed assit frugalitas liberalis que non fm inanem iactantiā aut opinionem prodigoꝝ. sed fm conscientie virtuose iudicium mensuret. Ultrumvero pensata temporū modernorū qualitate sit expedientius prelatos splendere in ornatis exterioribus. vt ducere vitam pauperum christo et apostolis conformē in nuditate aut vilitate vestiū. alio loco deducitum est. **S**ecunda prouisio. Fiat amplius. honesta restrictio talis pompe in multitudine onerosa et incōposita tot seruitorꝝ tot equorū et mulorū consumētuī. opes sine mensura sine fructu. Adde qs enutrit homines istos comitōs et adolescentes lasciuos ociositas pessima doctrin. Nam multa mala docuit ociositas

ait sapiens. cui pessime comites ebrietas et crapula coniungunt. Ad quid aliud isti tunc student nisi vel insidiari alienae pudicitie. prodigi sue. vel lusibus illecebris occupari? Hinc illa adinuentio de formissima habitu variorum. hinc iurantia blasphemie et similia. hinc lusus tacitorum et similiu prohibiti. hinc omnia deniqz tollentia morum honestatem. Subditu vero ceteri quid faciunt nisi quod videtur in familiam sui pastoris faciente. imitantur certe et libenter. Aut qua fronte uberebatur pastor. crapulam et luxuriam a subditis ejus qui assidue coram oculis et in penetralibus suis illa intuetur et gaudet exerceri. Proverbum est. Qualis rector civitatis tales et inhabitates in ea. Et mobile mutatur semper cum principe vulgo.

**T**ertia prouisio. Fiat obseruatio ieiuniorum ab ecclesia statutorum constantior apud divites et potentes presertim ecclesiasticos. apud qz prochdolor versa sunt iam velut in derisum. cum soli fere pauperes atqz rusticani ieiunent. quibus vix est panis cibarius relitus ad saturitate sufficiens.

**Q**uarta prouisio. Fiat inquisitio diligens et cauta super peccatis enormissimis qualia memorat apostolus in principio ad Rhomanos. quibus corrupit heu omnis caroviam suam plusqz 30 doma et gomorra. Et hoc sine differenti se quis aut ordinis aut gradus aut generis/ aut etatis aut religionis sacre aut matrimonialis vinculi. aut affinitatis spirituialis aut partiu corporis honestarum. Credite fodientibus parietem per districtu inquisitionem in foro penitentiali. qui habentes obstetricandi scientiam educunt colubrum tortuosum. et vident abominationes pessimas que fiunt. Credite inquit qz prouidendum esset omnino cu effectu et discrētione/ contra tantā familiaritatē in cūbilibus et alibi. quā exercent parētes utriqz cum utriqz progenie et affines affinibz in adolescentia. senesqz cum iunioribus tam in religione qz in scholis et alibi. Huius taurerim prorsus si non deteriores mores trahunt aliquādo pueri et puellae hac occasione in parentū domicilijs et religiōnum et scholarum cōtuberñis qz facturi erant in prostibulis lenonū vel meretricū. Et hec interim dicta sint de secūda puto ne principali. opibz dicta firmet. fiat fiat

### Tertia partitio

**T**andem reliquū (principal). est pro cōplemento suscepere cōmonitionis aliquid dicere p tercia et ultima partitōne de pascē dis ouibus pabulo caritatue subuentio nis/dando animā quo ad vim cōcupisci bilem pro eis. **E**t quidem nō inuenio pabulum caritatis et gratie melius efficacius re tradi posse gregi christi qz per debitam collatōem sacramentoꝝ. Illic qz ppe gratia confertur in suscipiente virtute operis operati. hoc est vltra vel supra meritū suscipientis/in virtute meriti christi instituentis sacramentū et illud spiritua li priuilegio ditantis ut inde opus priuilegiatum nominet. **C**ondecet preterea ut minister sacramentoꝝ tunc maxime se disponat ad gratiā dum eam suo ministerio studet apud subditas oues transfundere. Alioquin iuxta probabile sed formidabilem quorundā doctorū sententiā ipsenou se peccati laqueo stringit. **P**roposueram vero velut in antecedentibus ita et hic reducere tertiam hanc partitōnem ad tres consideratōnes principales ostēsur in prima de pabulo salutaris gratie per sacramentū baptismi. confirmatiōis et eucharistie. Baptismus enim generat. confirmatiō roborat. eucharistia comple mētum prestat. In secunda de pabulo salutaris gratie per sacramentum penitentie quod lapsos reparat. mortuosqz vivificat. In tertio de pabulo salutaris gratie per reliquū triple sacramentū scilicet ordinis. matrimonij. et extreme uincōis. **H**z preoccupauit idustriosā sedulitas breuitatem diligens. et allegans sufficere si prouisiones idonee saltē alique usqz ad duodenarium numeretur.

**P**rima prouisio. Quā obrem dic inquit ut fiat primo diligens examinatio illorū qui ministraturi sunt sacramenta. ne forte sint ignorantes formā necessario requisitam in collatione huius vel illius sacramenti. ac proinde nihil agant seu conferat. Expertū est crebro multos ex confessōribz p ignorantiam culpabilem forme sacramentalis nō verā dare sacramentalem absoluōem. **S**ic obstetrics aut laici/baptisare quādogz putantes parulos de quoꝝ morte dubitāt non vere baptisant. quia forma debita et

# Berimo factus in concilio remensi

a christo instituta non vñctur. **S**ic inueniunti sunt quidam et prelati non unquam errasse in collatione ordinum et defectu / vel forme vel materie vel intentionis debite / ita ut suppleri vel de novo fieri necesse fuerit ea que prius acta credebatur. **S**ecunda p/ uisio. **F**iat administratio sacramentorum omnium sicut apostoli iubet de oibz honeste. et fama ordinis / non in iocis et scurrilitatibus quam ad rem non pertinet. **E**rrant hic satui et factae in baptismo parvularum. in celebratore matrimoniorum cum vularibus impudicis et sedis irruptionibus. In auditio autem missarum cum quanta irreuerentia et indecetia / videre quotidie est ad oculum. Nonne tamen agitur altare per laicos incōpositos. comitatos canibus mingētibus ad pallias al/ taris. **Q**uid de viris ecclasticis tēpe ministeri sui in ecclia et choro. quas ibi garrulitates non videbis velut in foro mulierularum et rerum venalium est. quas distractōnes. quos risus. quos clamores. prohibēte nemine exceptuoribus. **N**az et superiores culpa par inuoluit. **Q**uid demū de ritibus impiis illorum quos deus omnipotens vel corrigit vel male perdat qui nedū blasphemias et insanias falsas exercere. immo defendere non reveretur. etiam in ecclesiis nobilioribus. et hora misse. quas palliant sub nomine fatuorum aduersus quas alias conscripsim. **T**ertia prouisio. **F**iat collatio confirmationis sacramentalis frequenter per diocesim. quia et si non sit semper necessitas ut actualiter suscipiat. est tamē necessitas ne cōtemnatur. **Q**uarta prouisio:

**F**iat auditio missarum totalis diligentia a subditis / per certum diebus dominicis et festis. et in suis parochiis. Versat enim in hoc principaliter preceptum de obseruatōne sabbati. nec excusat omittēs a violatore cessante causa legitima. **H**oc uideat hic ne insistant mercaturis et opibus seruilibus tpe illo. **I**te de recedentibus statu post aspersionē aque benedictae vel dñici corporis elevatōem. **Q**uid insuper de multitudine p̄ce priua tot festorum. que vel non obseruantur et ita peccat / vel egredi subditorum mechanico/ rum non sufficiēter cōsulit. vel pessime ociosificati. qua nesciunt rurales bene vni ianua grandis apitur. Subintroit cōseqniter magno agmine ebrietates. lites lusus improbi / expēse sumptuosissime. choree ple/ ne peccatis et insanis et carminibus blas-

semis / immo et quod inquisitorē dānandis. dissolutōnes quoque luxuriose. et ad breue verbū subin gredit malū om̄e. ita ut quod per honorem dei pro animarū salute fuit sapienter institutū / vertitur in contumeliam eius et salutis detrimentū. **Q**uinta p/ uisio. **F**iat in unaquaque diocesi diligens electō confessorum idoneorum per sacramēto saluberrimo penitentie digne ministrādo. In his principalissimis cere tota residet utilitas pro pabulo gregis dominici. Nam per sacramentū hoc penitentie reducuntur queserrates. sanantegrote. pascunt famelice per certi si confessorum probantur / si cōtinens. si docti atque sollicitus affuerint. Alioquin si solicitat ad malū. ut si ad questū solū mendicat. si negligenter ignoranterque super confitentium transgressionibus inq̄rat / si per ebrietatem aut iracundiam / sigillū in uiolandū quolibet effregerit. aut si demū blandiēs obstinatis neque deserere peccata volentibus eos absoluere tentauerit. **V**ece simplicibz ouibus p̄pi a talibus sacerdotibus quod non iam mercenarij sed rapaces lupi vocati sunt. q̄s loqui abigendi. **S**exta p/ uisio. **F**iat confessio corā oculis omnium in patenti loco / ne subintroeat lupus rapax in angulū sua dens agere / que turpe est etiam cogitare. **V**e aliter agentibus et sub familiaritatē specie in angulis vel camerulis res ignominia plenas excentibus casis / deteriorē sacilegio sub deuotōnis specie palliantibus excusantibus. **S**eptima p/ uisio. **F**iat reseruatio casuum seu peccatorum moderationis prouidendū est saltē quod nullus causus iudicet reseruatus quod ad iuuenes minorēs quatuordecim annis. quod nechaberet etas illa perfectum usum rationis nec faciliter resistit temptationibus suis vel malicijs alienis. nec audet leuiter corā psonis extraneis et autenticis cōparere. quātominus de pudēdis et verendis cōfiteri. **L**onsulendum est tamen insuper verecundie et fame mulierū ne unius suspitionem veniant maritorum vel patētum. si crebro. si palam. si de longinquo / ad penitentiarum mitierētur. **E**xpedit de niq̄s faciliter et cito relinquere potestate. insuper occultis casibus / ipsi scuratis et ordinariis. **H**on enī de publicis locūmūr peccatis. Relinquat etiam omnibus quos bona fide cōstiterit velle et scire proficere animabus. non ad questū vel subuersionem. Tales quippe diligenter inq̄rendi essent/

inducendi et rogandi immo conducendi quanto magis dum se vltro et gratis offerunt admittendi. **P**enitentia itaq; dicit Hieroni. secundā post naufragiū tabula quam amplificare et dilatare plus expedīt q̄ re nimirū artatio sua nequeat illos recipere qui allici immo velut impelli debuerant. **N**ua super re extat quedam epistola longior ad pastoralez dignitatē. **O**cta, ua prouisio. **F**iat examinatio diligentia clerorum ad sacros ordines se offerētiū. presertim in vita et moribus. de spe insuper continentia quam voulēt obseruandi. et vt latinam linguam competenter intelligent cum his que sacerdotale requirit officium. **A**lioquin cōsultius esset pauciores sed electiores constituere. q̄ la pare passim per ouilia domini tales sine disciplina sine eruditōne sine continētia nihil dissipatoribus lupis differentes. **H**ic de concubinarijs et de suscipiendo vel non suscipiendo sacramēta ab eis. de tolerando quoq; los vel abiiciendo. de corripiendo insupereos p̄ supiores. non pro questu annuali eos cōfouendo multa se offerrent tractanda que alio loco disputata sunt. **H**ic preterea de nō ordinādis ante etatem legitimā dispensatiōne nō habita caute agendum est. quia peccant ordinans et ordinandus. nec datur executiō immo nec ordo quādoq;. si platus tales per expressum ordinare nō intendat. **E**st enī essentiale in collatōne cuiusvis sacramenti conserētis intentio. **N**ona p̄ uisio. **F**iat matrimonialis coniunctō cū omni solennitate. et bannis. neq; in dominib; prophaniis. sed in ecclēsijs ne incidat illud impropriū apostoli. Ecclesiām dei cōtemnit. **D**oneātur quoq; diligenter persuos confessores. vt infra limites maritalis licentie sese contineāt. ne abutātur in honestius et etecrabilius scipiss q̄ meretricantes in prostibulis. **D**e cima prouisio. **F**iat collatio diligēs extreme vncionis. dum adhuc patieus sentitur compos mētis quatinus ammoniatio salubris de salute propria. pia quoq; ad hoc sacramentū deuotio sibi proficiat aliter q̄ si pressus egritudine animus nibil attenderet. **E**st quidem hoc sacramentum reiterabile. **E**st etiam necessitatis vt non cōtemnatur. quāuis non vt cōtinuo vel semper suscipiatur. **H**ic de ego

tantibus. specialiter in domib; hospitium. deq; sepeliendis eis cū pietate duz illuc foris ignoti moriūtur esset attendendum. **C**ondecima prouisio. **F**iat frequentior utiliorq; visitatio p̄ totā dioceſim vel prouinciā spargendo ubiq; bonum semen verbi dei. etiāfi fieri cōmode potest p̄ presente prelato principali p̄t in ra volunt ut circumeat parochiam. **S**ic est cardo totius reformatōnis ecclesiastice. **H**ec virtus omnis huius aut similis conciliū prouincialis. **Q**uēadmodū enī vtere prouerbio dicitur. Oculus domini impinguat equū. **S**ic presentis pastoris autoritas nutrit et pascit gregem suū. Ita tamē si prouidus et cōpositus in se et familia sua pastor fuerit et sagax nō lupus. nō latro rapac. **H**oc modo visitare nō ne esset dare pondus autoritatis et honoris verbo dei. quod nūc p̄ inertiā vel omissionē. ned dicam? vilipensionē prelatorū verum est apud subditas oves in opprobrium quoddā et fabulam. **Q**uare? quia vider populus solos mendicātes et pauperes apud eos cōtemptibiles predicare verbum. nec adesse prelatos. vires sua illud honorēt pūntia. **V**isitando deniq; exercere inquisitiōis officiū. p̄quirendo de doctrinis varijs et pegrinis clamyl palam seminatis. de sortilegijs. de superstitionib; blasphemijis et cōtumelijis. et grauaminibus plebis p̄ exactores curiales vel alios. de excommunicatiōib; quoq; iustis vel iniustis et citationib; vel angarijs. **E**xerceretur proinde sacramentū cōfessiōis fructuose et misericorditer. tam praecibus reseruatis q̄ pro quibusdā criminibus que parochiani celant quandoq; proprijs curatis. et aliquā nō sine iusta rōne. **L**oncerit q̄ hic visitatiōis in modū archidiaconos ne plū ad q̄stū et subuersiōez q̄ ad pietatē et edificatiōez sua visitatio in diecē executā. **E**t nesit veant cartā abigēs quidē mures a caseis. ipos vero plū deu ras. **H**oc p̄terea respicit celebratiō annuā cōciliōrum prouinciarū. q̄r fīm verba iurū. nihil penesic mores disciplatos ab ecclā expellit. q̄ negligenzia sacerdotū. qui cōtempit canonibus ad corrigendos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. **H**ein de ne quis diceret q̄ sufficienes contra omnē preuaricatiōem constituēt sunt leges a prioribus subditur et ea q̄

# De Visitatione

frequenti puericatōe iterant/frequēti sententia debet condēnari. et velut repullulātia malis radicibus germia crebrius amputari. presertim prūsitatōem que est quēdam applicatio legum ad opatōem et sua viuūificatō. que aliter mortue sunt vel languescunt. **D**uodecima prouisio. **S**i at ad extremū reductio pulcre pacis tam turpiter exulantis ad habitaculū totius ecclesie. et hoc p̄ imploratōem diuine misericordie. **P**er morū correctōez/qui nos sua pueritate a nobis deo q̄ separāt. **P**er conciliū generalis (si ita visum fuerit) celebrazōem in quo generales p̄ xpianitatem errores passim sparsi veniret hoc generali remedio corrigendi. **P**ergebat hoc loco industriosā sedulitas/ velle plura/ p̄ticulariaq; sup ipso scismate pestifero terminando dissenserere ut de subtractōne de neutralitate de beneficioz ad ordinarios reuocatōne. sed modestia repressit dicens. hic neq; locum esse. neq; tempus. iam q̄ dādus est ait multiloquio tuo finis. **P**arui modestie/ et sub exhortatorio quodaz epilogo cōcludere taliter instituit. **B**onus pastor ut audiuit vestra deuotio preclarissima viri patres et fratres/ bonus pastor animā suam dat pro ouib; suis/ dicit xps pastor: ille qui fecit quod docuit. **H**ā cepit facere: post docere/ ut qui potens erat prius opere/post sermone. **P**ri corā deo de hinc corā populo. **H**edit animā suaz pro ouibus suis in p̄dicatōe in opatōe in sacramentoz p̄ mortē eius viuūificatōe. **F**iat hoc similē a vobis. **A**ttendite prīns vob/ de hinc vniuerso gregi. in q̄ posuit vos spiritus sanctus regere eccliaz dei/ quā adquisiuit sanguine suo. **N**uāobrez inueniāt apud vñūquēq; vestrū conformit ad p̄missam triplicitatē/ et sacrā euangeliū lectōnez triplex conditō. **V**ocet vñusq; oves suas p̄prio noīe et hoc p̄dicatōe et familiari exhortatōe. **V**adat an eas et hoc exēplari cōuersatōe et solicita directōe. **V**escēdat et ad iuuet eas et hoc in sacramentoz religiosa mīstratiōe. **S**ic associabūt eū sedula turba/ canes latrantes i voce p̄dicatōis. **S**ic audient vocē eius oves. et sequēt. quia p̄cedet eas in gressib; opatōis. **S**ic demūz cognoscet singulas et noīe attendēs diligēt vultū pecoris in sacramentoz p̄ser/ tim p̄fessionis exhibitiōe. **S**ic p̄sset eas tripliciter. **P**ascat verbo. **P**ascat exemplo.

**P**ascat subsidio. **A**t hoc p̄ seiōm qđ vt iōq; sanctius efficaciōq; est/ vel p̄ idoneos visi tatores substitutos. **A**dīnuāte deo/ et oīa p̄firmante/ q̄ est pastor bonus et de bene dictus. In secula seculorū amen. **F**init

**I**nceptit tractatus  
eiusdē cancellarij parisie. De visitatōe  
prelatorū vel de cura curatorū.

**H**audē dei et edificatiōem populi christiani / cōpilata est hec breuis et rudis cōpīlatiō/ tēpore quo celebrabat Remis prouinciale cōcilium Anno dñi. M.cccc. viij. april' collecta tā ex sermone illic habito q̄ ex scedulis et dictis varijs plimorū. **E**t in p̄mis cū insti tutōes canonice/ sint inefficaces et laguide/ nisi per pastore q̄ est lex viua/ demandetur effectui/ saluberrimū videt p̄ reformatōe mox et subditoy emēdatōe/ q̄ pastor iuxta canonicas sanctōes vīsiter diligēt et crebro suū gregē aut p̄ ipm aut p̄ vicari os doctos/ hñtes plenaria ab eo p̄tātem/ in negocijs p̄serti spūalib; ordinādis et expediēdis/ p̄cipue circa materiā penitētie. put eis visum fuerit expedire. et cū moderato stipēdīo eis ordinādo p̄ plātu. **Q**ua in re videnſ attēdēda p̄ quadā generali remēratōe ea q̄ sequūt. cū additōe v̄l' dimi nutōe fm̄ circunstātiaz occurritū q̄lita tē. et cū appositōe remediorū fm̄ prudētiā vīlitātē. **P**rovīsatur plātū aliquā parochiā psonalr/ aduentū suū pñūciet per dies aliquot priū indicās p̄ scedulam ut si q̄s indigeat p̄silio vel remedio salubri p̄ facto p̄scie sive sive in cōmutatōe vītōrō/ sive in casib; refuatōis sive in alijs q̄bus/ cūq; sit pat̄tali die. tali hora et tūc p̄fidēt adueiat. **I**ndicat p̄terea oīb; parochianis cessatō ab oī ope/ ut i ecclia p̄peant. **I**te si visitator sit plātū/ indicat eis v̄ltra h̄c p̄ ad sacrm̄ p̄firmatōis digne suscipiēdū se p̄parēt. et illō recipiat. **Q**ui si nō sit plātū/ indicat adire eū q̄sprimū p̄modē poterūt. **A**st ei sacrm̄ salubre. nec p̄tēndū dum oportunitas se ingerit. **I**te visitator in principio sui aduetus/ poterit ad pplm̄ i ecclia p̄ sevel p̄ aliū facere monitiōez breuē/ p̄formit ad illā q̄ p̄tinēt in tractatulis p̄positis p̄ eruditōe simpliciū sacerdotū et populoz/ in materia p̄ceptoz et consicē. **I**tem visitator poterit prius si volue